

cere cupio. Quod utique dum per^{xx}) imbecillitatem^{xx}) conatus mei vix facio, serenato^{yy}) quodammodo liberoque rationis oculo hoc ipsum opus intuens, et in statera discretionis appendens in parte quidem negligenter egisse, in parte vero modum excessisse me reperio^{zz}). Itaque, qui superius in excusatione mei multa dixisse me^{zz}) recolo, ne tamquam humane glorie vanus appetitor vitiorum meorum inveniar^a) blandus palpator, improbusve defensor; sed magis tamquam^b) severus mei ipsius iudex, ne a Domino iudicer factorum^b) meorum in rationis libra districtus^c) examinatus et acerbus^d) malorum reprehensor: non erubescam in hoc ipso^e) operis principio culpam meam fateri, presertim^f) — attestante^g) Philosopho^g) — nichil in humanis adinventionibus ex omni parte perfectum valeat inveniri. Hec sunt ergo, in^h) quibus^h) sicut nec ipseⁱ) mihi complaceo, sic etiam^k) Deo et hominibus displicere formido.

In prima quidem parte de Deo et de angelis ceterisque, que^l) ad theologie materiam pertinent, ex diversis auctoribus pauca capitula colligens, de singulis questionum articulis breviter ac succincte percurrando transivi, quoniam de hac ipsa materia multa et varia scripta communiter a fratribus nostris et aliis ubique haberi cognovi. Porro investigando naturam rerum^m), cuius noticia valet — ut supradictum est — etiamⁿ) ad expositiones Sanctorum^o) Scripturarum non solum, inquam, in^p) nostrorum libris, sicut Ambrosii, Basilii, Ysidori et aliorum quorundam^q), verum etiam^r) in libris philosophorum, videlicet Aristotilis, Plinii, Solini, insuper et medicorum videlicet Esculapii^s), Ypocratis, Avicenne^t), Razi^u), Hali, Ysaac, Constantini, Platearii¹⁰⁴), dum non^v) solum nostris^w), id est fratribus^w) ordinis^x) nostri^x), hoc^y) ipsum opus desiderantibus atque poscentibus^y) ceterisque Sanctorum Scripturarum expositoribus sive doctoribus, verum etiam quibusdam aliis, qui for-

^{xx}) pro imbecillitate $H_3H_4H_5$ ^{yy}) senerato D_3 ^{zz-zz}) fehlt $H_1H_2H_3H_4$; H_5 nachgetragen ^a) folgt et H ^{b-b}) fehlt N_3 ^c) districtius D ^d) acerbo N_2 ^e) fehlt N_3 ^f) folgt cum $H_3H_4H_5$ ^{g-g}) cum attestatione Philosophi D ^{h-h}) sicut inquit H_3 ⁱ) fehlt N_1 ^k) et D ^l) fehlt H_2 ^m) esse N_3 ⁿ) vel D_3 ^o) Sacrum H_2 ^p) fehlt H_2 ^q) quorundem H_2 ^r) fehlt N_1 ^s) Eusculapii N_3 ^t) Aviscenne H_1N ^u) Rasi H_4D_1 ^v) fehlt D_2 ; D_3 nachgetragen ^{w-w}) fehlt D_2D_3 ^{x-x}) nostri ordinis D_2D_3 ^{y-y}) fehlt D

¹⁰⁴) Es handelt sich um acht Ärzte, nämlich Asklepios und Hippokrates in der Antike, Isaak ben Salomon Israëli bei den Juden, Ali ben Abbas (gen. Hali), Mohammed Rhasis (gen. Razi) und Avicenna (Ibn Sinā) bei den Arabern, Konstantin den Afrikaner und Angehörige der Arztfamilie der Platearii in Salerno bei den Christen.